



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Catechismi explicandi gratia singularis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

rationum machinis oppugnatam, constanter retinendam censuissent, quando tantos ex eâ fructus existere sentiatur.

*Chinas ad-
ire optat.*

Multus erat in memorandis missionibus nostrorum ad Japonem & Chinas; earumque postremam expetere ipse se ostendebat, ac si quæ inde de religione noua adferebantur, primus sodalibus indicare, ad eorum consolationem, festinabat. Tyrocinijs tempore, etsi perpetuis officio sui occupationibus impeditis, linguam tamen Gallicam (cuius antè ignarissimus fuerat) ita didicit diligenter, ut in triclinio sæpius Gallicè sit concionatus. Quam linguam didicisse se narrabat, ut

*Vt pluribus
ad salutem
profr. Gal-
licam lin-
guam discir.*

obeundis Societatis muneribus magis esset idoneus, & ne vel vnus animæ damno esset imperitia illius linguæ, quæ adeò familiaris est Flandriæ vniuersæ. Semel tantâ animi

*Contentio
in concio-
nando.*

contentione ardoreque de B. Aloysij laudibus è suggestu dixit, ut vereretur Superior, ne valetudinem dicendi impetu debilitaret. Ru-

*Catechismi
explicandi
gratia sin-
gularis.*

sticis Catechismum eâ gratiâ explicabat, adeoque suauiter ab agresti vitâ ad humanitatis religionisque cultum reducebat, ut illum mallent quàm Concionatorem audire: cumque aliquando agrestium filios docuisset preces Rosario adnumerare, & id genus coronulas pauculas inter vernulas rusticos distribuisset, post horas aliquot domum reuerfus,

uersus, de viâ aspexit nonnullos post sepium
virgulta genibus nixos coronas suas orando
voluere, non sine magno animi sui sensu. A-
liàs cateruatim puerorum agmina reuertentem
rure comitabantur in Tyrocinium vs-
que, non sine Patrum id spectantium gaudio
atque admiratione.

Ingenti ardebat zelo iuuandi domesticos
omnes, nec minori charitate ferebatur in sa-
lute exterorum; atque vt secundis aliorum
successibus mirè lætabatur, ita dolebat ad-
uersis, nec minor eum proximi quàm sui sol-
licitudo exercebat. Nouitius quidam propo-
siti pœnitens, viam explorabat abeundi. Ipse
ad genua se aduoluit dubitantis, obtestatur
dies aliquot maneat: intereà Socios sollicitat,
vt pro eo Deiparam deprecentur; & constan-
tiam nutanti videtur impetrasse. Cùm qui-
dam è Tyronibus sub noctem obiisset è vi-
uis, Ioannes visus sibi parum pro defuncto
orasse, potestatem fieri sibi petijt, plura pro
eo Rosaria persoluendi, postquam reliqui ad
dormiendum essent profecti. Ad summam,
vtrumque Tyrocinij annum eâ Superiorum,
Contubernalium, Patrum Fratrumque do-
mesticorum satisfactione transegit, vt Ange-
lus loci audiret. Vtque nemo vllum vniquam
in eo defectum notarat, sed quilibet virtuti-
bus omnibus censebat absolutum, ita sanctæ

*Zelus ani-
marum.*

*Nouitium
in proposito
nutantem
firmat.*

*Studium
soluendi
suffragia
pro mor-
tuis.*

*Biennium
tyrocinij
conficit.*

*Magna de
eo virtutū
opinio.*

C 2 instar